

**Ferdinandi Imperatoris Confirmatio, Academiae Rostochiensis : [Datum in Civitate nostra Vienna, die decima octava mensis Augusti, Anno Domini millesimo, quingentesimo, Sexagesimo, Regnorum nostrorum, Romani tricesimo, aliorum vero tricesimo quarto]**

Rostochi[i]: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74269559X>


Druck Freier  Zugang





V. l. - 157 (7.)  
U. 157 (7.)

1. In Nomine Domini ... Gloriosus ... Salut...  
 (nos consensibus et universitate in Rostock Sylvaem quendam ... liberaliter  
 contulim ...) Dat. et act. Rostock 1423...
- 1<sup>a</sup>. Wj Junick v. G. G. Yertoge to Meckl. ... Sudannum ...  
 [ Joll-Privilegium zu Rostock u. Wismar u. Wismar u. Joll 1496 ]
- 1<sup>b</sup>. Bulla fundationis Acad. Rost. (Rost) 1653.
- 1<sup>c</sup>. Originalen Abdruck Formulare concordiae, so A. 1563, v. 11 Maij...  
 wegen der Universität getroffen. Rost. 1653.
- 1<sup>d</sup>. ... Leges Universitatis Rostoch. quae bis quotannis publ. praecedunt  
 .. d. 11 Maij A. 1662 p. prop. Rostochii, s. a.
- 1<sup>e</sup>. Ferdinandi imp. confirmatio  
Acad. Rost. A. 1653.  
 Rostochii s. a.
- 1<sup>f</sup>. Rath. u. Bürgerpflicht  
 üb. d. und d. Einweisung  
der des Mittelalters  
Gewalt .. getroff. Vereinbarung  
 5. Jul. 1820. Rost. s. a.
2. J. f. R. ... Criminal-Gewichts-Ordnung. Publ. d. 24. Nov. 1830. R. 1830.
3. Verantwortung der in Rost. öff. Vorprüfung-Protokolle. (1831)
- 3<sup>a</sup> 3<sup>b</sup>. Vorprüfung-Protokolle. Ordnung. Plan. (1831)
4. Hier Bürgermeister u. Rath v. Rost. vorordn. vorg. Prüfung d. an-  
gehenden Kandidaten u. Pra-Disputat. .. (1833)
5. Reglement für die in Rost. anzustellenden Rost-Ärztel  
 von J. f. R. .. publ. 22 Dec. 1832.
6. Rostocker Div. Gew. Ordnung. 1833. Rost. s. a.
- 6<sup>e</sup> Vorfassung der diplomatischen Gesellsch. in Rost. 1834.
- 6<sup>c</sup>-e. Wichtigkeit der Mitglieder d. J. f. G. 1836. 88. 59.
7. Dorm-Aussch. d. Caffarium-Hof in Rostock. (1835)
8. [ Ver. des Lotharvereins zu Wismar 1835 ]



9. [Wappblatt für d. Freipgen. Stadtuniversität. 1835]
10. [Regulatio d. zur Armen-Verwaltung zu Caritativem Gesetz. 1835]
- 10<sup>1/2</sup>. [46. Armengeld. Verlag d. Rost. Zeit. 1835.]
11. Statuten des Armen-Verwesers zur Verpflegung d. N. R. 1836.
12. zur Jahresber. d. Verwesers. - Verord. 1838.
13. [Verordnung ing. d. Rechnung u. Rechnung. 1836.]
14. f. f. R. Verordnung betr. Rechnungsverf. betreff. Rost. 1836.
15. Rostocker Bro Verord. 1836.
16. [zur Brandversicherungs Verordnung. 1837.]
17. [Wenn die nach dem Ansatz an d. Groß. Criminal Collegium der Stadt erbliebenden Verfahren 1837.]
18. Allerhöchste befähigte Statuten des Gewerbes Verwesers. Rost. 1836
19. 20. 1. 2. Jahresber. d. Gew. Verwesers 1836. 37.
- 20<sup>1/2</sup> Verz. d. Witzl. d. Gew. Verwesers 1837.
- 21<sup>1/2</sup> 22. 3. 4. zur Jahresber. d. Gew. Verwesers 1838. 39.
- 21<sup>1/2</sup> Verz. d. Witzl. d. Gew. Verwesers 1838.
23. Statuten der Union an Rost. 1837.
24. Consistorien - Verordnung für d. Groß. Union Verwesers. Rost. 1837.
25. Witzl. - Verordnung für d. Landes - Union Verwesers. Rost. 1837.
26. Rev. David d. jun. von Samen - Zoll. Rost. 1838.
27. Disciplinar - Statuten f. d. Verwesers auf d. Landes - Union Verwesers. Abdruck. Rost. 1838.
28. f. f. R. Verordnung betreff. d. Verwaltung u. d. Verwaltung in Criminal Verfahren. Rost. 1839.
29. Statuten f. d. Witzl. - Verordnung auf der Landes Verwesers (1839).
30. Schluss mit Verweisung an Verweisung. 1839.
31. [Verordnung betreff. Landes Verwesers.] 1839.
32. [Verordnung betreff. Verweisung] 1839.

79.

15

FERDINANDI  
IMPERATORIS  
CONFIRMATIO,  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS.

ANNO

1653.



ROSTOCHI,

Typis Nicolai Kilij, Acad. Typogr.

**F**ERDINANDVS,  
Divina favente clementia  
Electus Romanorum Impera-  
tor semper Augustus ac Ger-  
mania, Ungaria, Bohemia,  
Dalmatia, Croatia, &c. Rex,  
Infans Hispaniarum, Archi-  
dux Austria, Dux Burgun-  
dia, Brabantia, Styria, Carintia, Carniola, &c. Mar-  
chio Moravia, &c. Dux Luxemburgia, ac superioris  
& inferioris Silesia, Wirtembergia, & Tecka. Prin-  
ceps Suevia, Comes Habesburgi, Tyrolis, Feretis, Ki-  
burgi & Garcea Landgravius Alsatia. Marchio Sa-  
cri Rom: Imperij, Burgovia ac superioris & inferioris  
Lusatia, Dominus Marchia, Slavonia, portus Naonis  
& Sabinarum, &c. Notum facimus tenore presentium  
universis: Cum imprimis ad hanc sublimitatem divi-  
no auspicio proveci diligenter circumqua, prospicere  
debeamus, ut scientia & bona artes ac studia liberalia  
felicibus processibus sumant augmentum, ex quibus di-  
vina sapientia hausto fonte subditi nostri & ad regen-  
dam Rempublicam & reliquis mortalium necessitati-  
bus providendum reddantur aptiores: potissimum  
epim omnium scientiarum tutela & patrocinium penes  
Romani Imperij moderatores consistat, qui etiam ipsa-  
rum Professores dignis premiis & honoribus atq; pri-  
vilegiis

vilegijs officientes Gymnasia undiq; in sacro Romano  
 Imperio instituerunt & crexerunt. Nos itaq; divo-  
 ram predecessorum nostrorum Romanorum Impera-  
 torum ac Regum laudatissima vestigia imitantes ex-  
 hibita nobis per illustrissimum JOANNEM AL-  
 BERTUM, Megalburgensem, Principem & Con-  
 sanguineum nostrum charissimum petitione, qua dile-  
 ctio eius cum pro se ipso, tum etiam loco & nomine fra-  
 tris sui illustrissimi ULDRICI, Ducis Meckelburgen-  
 sis, Principis ac Consanguinei nostri charissimi orabat,  
 ut ad presatorum studiorum liberalium & bonarum  
 artium incrementum studium ipsorum generale sive  
 Universitatem aut Gymnasium in civitate Rostock  
 nominata superioribus annis institutam & erectam,  
 ac nuper non contemnendam annuorum reddituum sum-  
 mam auctum & locupletatum auctoritate nostrâ Cæsa-  
 reâ confirmare dignaremur, non potuimus quidem pro  
 nostrâ in presatos Duces fratres gratiâ & benevolentiâ,  
 & dilectionum suarum eximiâ & sincerâ erga nos ob-  
 servantiâ integritate & studio pratermittere, quin eis,  
 quibus etiam aliâs favorem nostrum haud facili deesse  
 patimur in hac re perquam benignè gratificaremur,  
 presertim cum id in publicam illarum regionum utili-  
 tatem aliquando cessurum sperare liceat, ob loci illius  
 situm, qui hujusmodi Gymnasio seu studio universali  
 admodum commodus esse dicitur, cujus nimirum o-  
 portunitate adolescentes cum indigenâ tum etiam fini-



timi ad bonarum literarum studia capeſſenda valde  
invitari & accendi poſſe videantur. Quocirca ex  
certa noſtra ſcientia animoq; benè deliberato, ſano ac-  
cedente conſilio & de noſtra Caſarea Majeſtatis ple-  
nitudine in vim proprij motus memoratum Gymna-  
ſium ſeu ſtudium Univerſale in praedicta Civitate  
Roſtock, uti dictum eſt, antehac inſtitutum, erectum,  
& nuper luculentis redditibus annuis auctum & locu-  
pletatum confirmavimus, & tenore praſentium con-  
firmamus, & quatenus opus eſt, de novo inſtituimus  
& erigimus, volentes & autoritate noſtra Caſarea  
ſtatuentes decernentesq; ut Doctores quarumcunq;  
Facultatum & perſona idonea ad id per praeſatos  
Illuſtres Duces aut ſucceſſores eorundem, vel quibus  
id demandarint deputare poſſint & valeant in prae-  
dicta Univerſitate in omnibus Facultatibus, videlicet in  
Sacra Theologia, in utroq; Jure tam Canonico quam  
Civili, in Artibus & Medicina, nec non in Philoſophia  
& quibuscunq; ſcientiis legere & lectiones, diſputa-  
tiones & repetitiones publicas facere, & concluſiones  
palàm ſuſtinere, ac praefatas ſcientias docere, interpre-  
tari, glosſare & dilucidare, omneſq; actus Scholaſti-  
cos exercere, eorum ordine & ritu, qui in exteris Uni-  
verſitatibus & Gymnaſijs publicis obſervari ſolet.  
Quoniam verò ipſa ſtudia eo feliciter gradu ſumunt  
augmentum, ſi ingenii & diſciplinis iſſis ſanus honor  
ſuus dignitatis gradus conſtituatur, ut emeriti ali-  
quando

quando digna laborum suorum premia reportent.  
 Statuimus ergò & ordinamus, ut per collegia Docto-  
 rum à prænominatis Illustribus Ducibus in unaquaq;  
 Facultate instituenda, electis & ad id idoneis, & præ-  
 ceteris excellentioribus in ipsis Facultatibus, Doctori-  
 bus, quiq; ad sumendam palmam certaminis sui ido-  
 nei iudicati fuerint; adhibito per ipsos Doctores Colle-  
 gij in unaquaq; Facultate pro more & consuetudine  
 atq; sollemnitatibus, & ritu in ceteris Universitatibus  
 observari solitis, accurato & diligenti examine, in quo  
 conscientias ipsorum Doctorum cujuslibet Collegij one-  
 rari volumus, quos sub Juramenti vinculo, ad hoc  
 astringi in ea Facultate, quam didicerint & qui exa-  
 mini se submiserint & se pro more & juxta statuta &  
 ordinationes per prænominatos Duces faciendas per  
 aliquos dignos & honestos viros de gremio ipsius Colle-  
 gij presentari fecerunt, possint ad ipsum examen ad-  
 mitti, & invocata Spiritus Sancti gratia examinari,  
 & si hoc modo habiles, idonei, & sufficientes ad id re-  
 perti & iudicati fuerint, Baccalarii, Magistri, Li-  
 centiati, sive Doctores pro uniuscujusq; scientia &  
 doctrina creari & hujusmodi dignitatibus insigniri,  
 nes non per Bireti impositionem & aurei annuli &  
oculi traditionem ceterisq; consuetis sollemnitatibus  
 investiri, & consuetis ornamenta atq; insignia digni-  
 tatum predictarum tradi & conferri. Quòdque  
 Doctores in eadem Universitate promoueri & promo-  
 vendi

vendi debeant & possint ab omnibus locis & terris sa-  
cri Romani Imperii & ubiq; terrarum habere omnes  
actus Doctorum legendi, docendi, interpretandi, &  
glossandi facere & exercere, omnibus & singulis gau-  
dere & uti privilegiis prerogativis & exemptionibus,  
libertatibus, concessionibus, honoribus, praeminentiis  
& favoribus ac indultis, quibus ceteri Doctores in Bo-  
nomiensi, Senensi, Patavino, Papiensi, Perusino, Pari-  
sensi, ac Lipsensi & aliis studiis privilegiatis promoti  
& insigniti gaudent & utuntur consuetudine vel de  
Jure. Cæterum, quo præfata Universitas, sive Gy-  
mnasium suis gubernatum magistratibus solidiori &  
firmiori sistat fundamento, damus & concedimus Do-  
ctoribus & Scholaribus in dictâ Universitate existen-  
tibus aut futuris & concessu præfatorum Ducum aut  
successorum eorundem auctoritatem & potestatem  
condendi & faciendi statuta & ordinationes juxta  
consuetudinem cæterarum Universitatum, nec non  
creandi & eligendi Rectorem Scholarem, ac Syndi-  
cos, sive alios quoscunq; officiales Universitatis,  
prout ipsis visum fuerit expedire & esse oportunum,  
dantes & concedentes auctoritate nostrâ Casarcâ  
Rectoribus sic per eos eligendis & creandis faculta-  
tem & Jurisdictionem in Scholasticos, nec non  
citandi, audiendi, judicandi, exequendi, pu-  
niendi, & omnes alios actus judicis ordinarij in Ci-  
vilibus & Criminalibus exercendi & jus reddendi.  
Eximen-


82  
Eximientes nihilominus Doctores & Scholares Uni-  
versitatis prænominata à Jurisdictione & Superio-  
ritate cujuscunq; potestatis aut judicis ordinarij, si-  
ve cujuscunq; alterius, præterquam à nostri ac præ-  
fatorum Ducum ac successorum eorundem. Præter-  
ea ut ipsa Universitas dignis fulcita privilegiis nulli  
alteri quantumvis vetusta & celebrata Universitati  
postponatur: Volumus & ordinamus per præsentem,  
quod prænominata Universitas, nec non Doctores &  
Scholares ibidem aliquam dignitatem seu gradum as-  
sumentes gaudeant ac potiantur, uti, frui, gaudere, &  
potiri possint omnibus quibuscunq; gratiis, honoribus,  
dignitatibus, præminentibus, prærogativis, privile-  
giis, concessionibus ac immunitatibus, favoribus ac  
indultis, & aliis quibuscunq;, quibus Universitas  
Bononiensis, Senensis, Patavina, Perusina, Parisi-  
ensis, Lipsiensis, & alia studia privilegiata ac Do-  
ctores & Scholastici sive promoti aut aliquam dignita-  
te seu gradu insigniti gaudent & potiuntur quomodo-  
libet consuetudine vel de jure, non obstantibus ali-  
quibus privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis,  
statutis, ordinationibus, legibus, constitutionibus, re-  
formationibus, exemptionibus, aut aliis quibuscunq;  
in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis  
ex certa nostra scientia, animo deliberato & proprio  
motu derogamus & derogatū volumus per præsentem.


Nulli

Nullo ergò omnino hominũ liceat hanc nostræ confirma-  
tionis, creationis, institutionis, fundationis, erectionis,  
concessionis & privilegij gratiam refringere, aut eam  
quovis ausu temerario siue quomodolibet violare & in-  
fringere, si quis autẽ hoc attentare presumpserit, nostri  
& Imperij sacri indignationem gravissimam & pœ-  
nam centum marcarum auri puri toties, quoties con-  
trã factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursum,  
quarum medietatem Imperialis Fiscus nostri siue  
ararij, reliquam verò partem injuriam passorum usi-  
bus decernimus applicari. Harum Testimonio litera-  
rum, manu nostrã subscriptarum, & sigilli nostri Cæ-  
sarei appensione munitarum. Datum in Civitate  
nostra Vienna, die decimã octavã mensis Augusti,  
Anno Domini millesimo, quingentesimo, Sexagesimo,  
Regnorum nostrorum, Romani tricesimo, aliorum  
verò tricesimo quarto.

FERDINANDUS.


Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ  
Majestatis proprium.





1<sup>a</sup> g. 2 — 6<sup>a</sup> — 6<sup>e</sup> — 31.





Eximientes nihilominus Doctores & Scholares Uni-  
versitatis prænominata à Jurisdictione & Superio-  
ritate cujuscunq; potestatis aut judicis ordinarij, si-  
ve cujuscunq; alterius, præterquam à nostri ac præ-  
fatorum Ducum ac successorum eorundem. Præter-  
ea ut ipsa Universitas dignis fulcita privilegiis nulli  
alteri quantumvis vetusta & celebrata Universitati  
postponatur: Volumus & ordinamus per presentes,  
quod prænominata Universitas, nec non Doctores &  
Scholares ibidem aliquam dignitatem seu gradum as-  
sumentes gaudeant ac potantur, uti, frui, gaudere, &  
potiri possint omnibus quibuscunq; gratiis, honoribus,  
dignitatibus, præeminentiis, prærogativis, privile-  
giis, concessionibus ac immunitatibus, favoribus ac  
indultis, & aliis quibuscunq;, quibus Universitas  
Bononiensis, Senensis, Patavina, Perusina, Parisi-  
ensis, Lipsensis, & alia studia privilegiata ac Do-  
ctores & Scholastici sive promoti aut aliquâ dignita-  
te seu gradu insigniti gaudent & potiuntur quomodo-  
libet consuetudine vel de jure, non obstantibus ali-  
quibus privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis,  
statutis, ordinationibus, legibus, constitutionibus, re-  
formationibus, exemptionibus, aut aliis quibuscunq;  
in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis  
ex certa nostra scientia, animo deliberato & proprio  
motu derogamus & derogatū volumus per presentes.

Nulli

